giis pedum Domini, quæ ascendens petroso monti, memoriæ causâ, impresserat, teste inter alios auctore libri de locis Actorum apostolicorum, inter D. Hieronymi opera; quanquàm quod ex apostolicâ traditione refert Damascenus, lib. 4 de orthod. Fide, cap. 13, ascenderit ad ortum, id est, ex monte Oliveti in oriente sito.

Vers. 52. — Adorantes. Græcè, postquàm adorâssent eum, quo modo est etiam Syriacè. Aspexerunt fixis oculis euntem in cœlum quamdiù potuerunt, donec scilicet *nubes suscepit eum ab oculis eorum*, et angeli admonuerunt eum non ampliùs corporeis oculis requirendum, donec redeat ad homines judicandos; Act. 1, v. 9, 10, 11. Quod ubi intellexerunt, et reipsâ sic esse viderunt, adoraverunt, prostrati seu inclinati reverentiæ causâ in terram (id enim notat vox adorandi), jam remotum à suis oculis et in cœlum assumptum, tanquàm Dominum suum et Deum suum, tanquàm eum qui jam modis omnibus probâsset se Filium Dei vivi. Tantùm abest ut quidquam ultra dubitârint de ejus sive resurrectione sive majestate, ut longè majore reverentiâ cœperint eum colere, quàm dùm ejus consuetudine in terrâ fruerentur; non jam ut præceptorem duntaxat aut Prophetam, aut Messiam dimidiâ ex parte cognitum, sed ut Regem gloriæ mundique Dominum, cui data esset potestas omnis in cœlo et in terrâ, ut reipsâ jam probatum Filium Dei vivi, quem ante solâ fide confessi fuerant. *Adoraverunt*, inquit Beda, *discipuli in loco ubi steterunt novissimè pedes ejus*, alludens ad psal. 131, versu 7.

Regressi sunt, acti fiduciâ accipiendi promissum Patris, in Jerusalem, prout Dominus jusserat supra, v. 49, et quidem eamdem in domum idemque cœnaculum, Act. 1, v. 13; nec enim fas erat eos distrahi, *donec induti essent virtute ex alto.*

Cum gaudio magno. Licèt Dominum ex oculis amisissent, tamen tantùm abfuit ut tristitiâ ob id affecti fuerint, ut contra maximo repleti fuerint gaudio, tum quòd congratularentur gloriæ Domini sui, quem suis oculis conspexerant gloriosè ascendere in cœlum, tum quòd certissima de Jesu fide essent aucti, postquàm ea omnia quæ ille prædixerat vidissent feliciter impleta, nec minùs certâ spe, fore, ut ea etiam quæ ipsis promiserat evenirent, et inter cætera, ut brevi quidem acciperent promissum Patris, et induerentur virtute ex alto, supra, v. 49; tandem verò assumerentur ad ipsum in cœlum, Joan. 14, v. 3: *Et si abiero et præparavero vobis locum, iterùm venio et accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis.* Certa fides excutiebat omnem mœrorem; spes promissorum certa addebat alacritatem; nimirùm, ubi carne se subduxerat Dominus, spiritu cœpit eis adesse, ita ut solido gaudio afficerentur, et tunc demùm sentirent, quàm verè prædixisset Dominus, expedire ut carne abiret, Joan. 16, v. 7.

Vers. 53. — Et, ab eo tempore, interea dùm expectarent promissum Spiritum sanctum. Quia Lucæ propositum erat longius historiam producere, ideò breviter solummodò dicit, quid egerint apostoli, ab Ascensione Domini usque ad acceptum Spiritum sanctum.

Erant semper, id est, quotidiè, horis opportunis. Non quòd noctes diesque illic transegerint, sed quòd frequentârint omnes conventus, statisque et solemnibus horis, *temporibus videlicet quibus congregari solent,* ait Euthymius; adfuerint ad gratiarum actionem Deo reddendam. Hæc porrò alacritas timori opponitur, qui priùs clausos et latentes domi detinuerat.

In templo, non ita ut priùs formidantes Judæos. *Nondùm Spiritus,* inquit Theophylactus, *et spiritualiter vivunt: qui enim priùs inclusi erant, nunc inter medios pontifices vivunt.* Act. 1, v. 13, dicitur *reversos à monte Oliveti in cœnaculum ascendisse, et illìc mansisse, et fuisse perseverantes unanimiter in oratione;* non quòd in cœnaculo delituerint, nec ausi fuerint exire in templum, sed quòd illo in cœnaculo simul habitantes, donec advenisset Spiritus sanctus, sive domi sive foris essent, totos se dederint laudando et orando Deo, ut digni fierent Spiritu sancto quem expectabant; foràs cùm prodirent, non aliò quàm in templum exibant.

Laudantes, privatim singuli apud se, donec accepto Spiritu id palam publicèque agerent. Nondùm prædicandi tempus advenerat, ad quod officii majori cum miraculo erant extrudendi.

Benedicentes, id est, gratias agentes, ob Christum scilicet juxta promissiones patribus factas missum, et ipsis peculiariter revelatum, cum communione summorum bonorum, qualia per Christum promissa fuerant; orantes perfici in se quod cœptum fuerat, et Spiritum sanctum in se infundi, quo instructi abirent prædicatum in nomine Jesu pœnitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes, prout Jesus ipsis mandaverat, supra, v. 47. Dùm ergo proximum exspectant Spiritum sanctum, veris exercitiis quæ pietatem decent toti operam impendunt. *Inter laudum devotiones, promissum Spiritûs sancti adventum, promptis per omnia paratisque cordibus exspectant,* inquit V. Beda, qui et hoc hìc annotat: *Lucam qui Evangelium suum à ministerio templi per sacerdotium Zachariæ cœpit, pulcherrimè hoc in templi devotione complere, cùm apostolos ibi, ministros videlicet novi sacerdotii futuros, non in victimarum sanguine, sed in laude Dei et benedictione conclusit.*

Amen. Vox est evangelistæ, confirmantis obsignantisque ea omnia quæ hactenùs scripserat.

Vers. 52. — Et ipsi adorantes Christum jam nubibus susceptum in cœlum, juxta mandatum Domini, regressi sunt in Jerusalem; idque cum gaudio magno, de glorificatione scilicet Domini sui, juxta illud Christi: *Si diligeritis me, gauderitis utique, quia ad Patrem vado,* itemque de imminente adventu Spiritûs sancti, cujus effectus jam prægustaverant.

Vers. 53. — Et erant semper in templo, omni scilicet die temporibus opportunis, laudantes et benedicentes Deum, quia Christum suum glorificâsset, et ejusdem gloriæ spem sibi dedisset. Quæ verba nonnulli referunt ad tempus quo jam acceperant Spiritum sanctum; nam Lucas similiter, Act. 2, v. 46, et Act. 3, v. 1, narrat apostolos perdurâsse unanimiter in templo. Quibus favet quòd ante adventum Spiritûs sancti insinuetur apostolos domi in cœnaculo mansisse. Theophyl. tamen, Beda et alii valdè verisimiliter putant hæc contigisse statim post ascensionem, etiam ante Pentecosten, quod series narrationis videtur postulare. Nec enim cogit illa Scriptura Act. 1, ut semper domi in cœnaculo delituisse credantur.

INDEX RERUM.

DE VIO, seu CAJETANI vita. 9-10
ERASMI vita. *Ibid.*
Divi Hieronymi (ut nonnulli putant) in Evangelium secundùm Marcum præfatio. 13-14
IN S. MARCUM COMMENTARIA. *Ibid.*
Caput primum. Joannis prædicatio. Jesus baptizatur et tentatur. Simonis et Andrææ, Jacobi et Joannis Zebedæi vocatio. Dæmoniaci et infirmi sanantur. *Ibid.*
Commentaria. 17-18
Cap. II. Paralytico peccata remissa, et sanitas reddita. Levi vocatio. Cur Jesus cum peccatoribus converſetur. Discipuli non jejunantes, et spicas vellentes excusantur. 31-32
Commentaria. 33-34
Cap. III. Manûs aridæ et infirmorum curatio. Apostoli mittuntur ad prædicandum. Blasphemia in Spiritum sanctum irremissibilis. Quæ mater et qui fratres Jesu. 39-40
Commentaria. 41-42
Cap. IV. Parabolæ seminatoris, lucernæ super candelabrum, seminis in terram jacti et grani sinapis. Tempestas sedata. 47-48
Commentaria. 51-52
Cap. V. Legio dæmonum expulsa in porcos ingreditur. Mulier à profluvio sanguinis liberata. Jairi filiæ vita reddita. 61-62
Commentaria. 63-64
Cap. VI. Cur Jesus in patriâ pauca edat miracula. Ad Apostolos monita. Joannis Baptistæ mors. Quinque panes et duo pisces multiplicati. Tempestatis sedatio. Jesus multos sanat tactu fimbriæ vestimenti. 69-70
Commentaria. 75-76
Cap. VII. Pharisæi Dei mandata ob suas traditiones violant. Quænam hominem coinquinent. Syrophænissæ filia à dæmonio liberatur. Surdi ac muti curatio. 89-90
Commentaria. 91-92
Cap. VIII. Septem panes et pauci pisciculi multiplicantur. Pharisæorum fermentum. Cæcus sensim curatur. Petri confessio. 99-100
Commentaria. 03-104
Cap. IX. Jesus transfiguratur. Eliam jam venisse ostendit. Surdum ac mutum spiritum ejicit. Suam passionem prædicit. Quis discipulorum major. Amputandum manûs, pedis et oculi scandalum. 111-112
Commentaria. 115-116
Cap. X. Matrimonium indissolubile. Parvulos complectitur Christus. Divitum salus difficilis. Præmium omnia relinquentibus promissum. Christus passionem suam prænuntiat. Filios Zebedæi cæterosque discipulos docet. Bartimæum cæcum sanat. 125-126
Commentaria. 131-132
Cap. XI. Jerusalem Christus ingreditur. Ficus maledicta. Venditores è templo ejecti. Fidei efficacia. Christi auctoritas. Baptismus Joannis. 147-148
Commentaria. 149-150
Cap. XII. De vinitoribus homicidis et de petrâ angulari parabolæ. Reddenda Cæsari ea quæ sunt Cæsaris. Mortuorum resurrectio. Vita angelica. Amor Dei et proximi. Messias Davidis filius. Scribæ superbi. Vidua duo minuta erogans. 155-156
Commentaria. 159-160
Cap. XIII. Templi eversionem prænuntiat Christus; quærentibus de hâc re discipulis respondet. Templi eversionis et ultimi adventûs signa. 169-170
Commentaria 173 174
Cap. XIV. Judæorum conspiratio in Jesum, qui unguento à muliere profunditur. Judæ proditio. Ultima cœna. Eucharistiæ institutio. Christus Petri negationem prædicit. Orat in horto. Captus ad Caipham ducitur. Ibi accusatus damnatur, cæditur, et ter à Petro negatur. 181-182
Commentaria. 187-188
Cap. XV. Jesus coram Pilato accusatus, Barrabæ postponitur. Spinis coronatus illuditur et crucifigitur. Sepelit eum Joseph Arimathæus. 205-206
Commentaria. 209-210
Cap. XVI. Christi resurrectio mulieribus ab angelo annuntiata. Jesus primùm Magdalenæ apparet, deinde duobus discipulis; post hæc apostolis undecim. Apostolorum missio. Ascensio Christi. 219-220
Commentaria. 221-222
LUCÆ BRUGENSIS vita. 227-228
IN EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM COMMENTARIA. 229-230
Caput primum. Joannis nativitas. Verbi incarnatio prænuntiata. Maria cognatam Elizabeth invisit. Nascitur Joannes. Zachariæ canticum *Ibid.*
Commentaria. 235-236
Cap. II. Nascitur Christus. Angelus pastoribus apparet. Christi circumcisio. Mariæ purificatio. Simeon atque Anna. Christus in medio doctorum reperitur. 385-386
Commentaria. 389-390
Cap. III. Joannes turbas, publicanos ac milites

edocet. Christi excellentiam testatur. Eum baptizat. Ab Herode mittitur in carcerem. Christi genealogia. 471-472

Commentaria. 475-476

Cap. IV. Christus jejunat et tentatur. In synagogâ Nazareth prædicat. Capharnai dæmoniacum, socrum Simonis aliosque infirmos sanat. 519-520

Commentaria. 523-524

Cap. V. Jesus de naviculâ Petri docet. Piscatio mirabilis. Leprosi et paralytici curatio. Matthæi vocatio. 585-586

Commentaria. 589-590

Cap. VI. Christus discipulos spicas sabbato vellentes excusat, alioque sabbato manum curat aridam. Apostolorum electio. Sermonis in monte compendium. 623-624

Commentaria. 627-628

Cap. VII. Jesus centurionis fidem miratur. Filium viduæ resuscitat. Joannes ad Jesum mittit. Judæis nec Joannis nec Christi vita placet. Peccatrix Christi pedes inungit. 675-676

Commentaria. 679-680

Cap. VIII. Parabolam de seminante proponit et explicat Christus. Lucerna sub modio. Quinam sint mater et fratres Christi. Tempestas sedata. Dæmones ejecti, in porcos introeunt. Mulier à fluxu sanguinis liberata. Filia Jairi resuscitata. 727-728

Commentaria. 733-734

Cap. IX. Apostolorum missio. Quinque panes multiplicati. Petri confessio. Christus transfiguratur, lunaticum sanat, passionem suam prædicit. Contentio inter apostolos orta de primatu. Mortuis sepeliendi mortui. 773-774

Commentaria. 779-780

Cap. X. Septuaginta duo discipuli mittuntur. Parata civitatibus in malo obstinatis calamitas. De dilectione Dei et proximi. Maria et Martha. 843-844

Commentaria. 847-848

Cap. XI. Modus orandi, orationisque perseverantis efficacia. Jesus non in Beelzebud ejicit dæmonia. De signo Jonæ, de reginâ Austri et Ninivitis, oculoque simplici et nequam. Mundandum quod intùs est. Notatur Pharisæorum et scribarum hypocrisis. 897-898

Commentaria. 903-904

Cap. XII. De fermento Pharisæorum. Quis timendus? De blasphemiâ in Spiritum sanctum. Monita de persecutionibus. Divitis parabola. Vitanda sollicitudo. De fideli et infideli dispensatore. Venit Jesus ut in terram ignem mittat. De gratiæ tempore dijudicando. 963-964

Commentaria. 969-970

Cap. XIII. Agenda pœnitentia. Parabola ficûs infructuosæ. Mulier sabbato curata. Regnum cœlorum comparatur grano sinapis et fermento. De angustâ portâ. Jerusalem ob incredulitatem evertenda. 1019-1020

Commentaria. 1023-1024

Cap. XIV. Hydropicus sabbato curatus. Legisperitorum et Pharisæorum ambitio notatur. Parabola de invitatis ad cœnam. De cruce tollendâ. Volenti turrim ædificare primùm computandi sumptus. Si sal evanuerit foràs mittetur. 1059-1060

Commentaria. 1061-1062

Cap. XV. Parabolæ de ove et drachmâ repertis, et de filio prodigo. Gaudium in cœlo super peccatore pœnitentiam agente. 1087-1088

Commentaria. 1091-1092

Cap. XVI. De villico iniquitatis et de eleemosynâ faciendâ. Nil de lege periturum. Indissolubile matrimonii vinculum. Dives epulo et Lazarus mendicus. 1115-1116

Commentaria. 1117-1118

Cap. XVII. Scandali gravitas. Fratri pœnitenti ignoscendum. Fidei efficacia. Decem leprosi mundantur. Christi adventum fore illustrem et inexpectatò superventurum. 1153-1154

Commentaria. 1157-1158

Cap. XVIII. Parabolæ de judice iniquitatis, de Pharisæo et Publicano. Jesus pueros à se repelli vetat. Difficilè dives salvabitur. Quid erit præmii iis qui omnia propter Christum relinquunt. Christi prædicta passio. Cæcus propè Jericho visum recipit. 1189-1190

Commentaria. 1193-1194

Cap. XIX. De Zachæo et decem mnis decem servis traditis. Jesus super pullum asinæ intrat Jerosolymam, quam prædicit evertendam. Ementes et vendentes è templo ejicit. 1225-1226

Commentaria. 1229-1230

Cap. XX. proposita à Christo de Joannis baptismate quæstio. Parabola de vinitoribus domini filium occidentibus. De tributo Cæsari dando et de resurrectione. Cavendum à scribis ambitiosis. 1257-1258

Commentaria. 1261-1262

Cap. XXI. De viduâ duo minuta offerente. Templi et urbis Jerusalem subversio, Judæorumque captivitas et dispersio prædictæ. De signis judicium subversuris. Vigilandum et orandum. 1285-1286

Commentaria. 1289-1290

Cap. XXII. Christus à Judâ venditur. Eucharistiam instituit, et trinam Petri negationem prædicit. Christi patientis historia. 1305-1306

Commentaria. 1311-1312

Cap. XXIII. Christi patientis historiæ continuatio. 1355-1356

Commentaria. 1359-1360

Cap. XXIV. Christi resurrectio, variæ apparitiones et ascensio. 1395-1396

Commentaria. 1401-1402

INDEX RERUM. 1445-1446

FINIS TOMI VIGESIMI-SECUNDI SCRIPTURÆ SACRÆ.

BS548
M5
v.22 44468
AUTOR
MIGNE, Jacques Paul.

CAPILLA ALFONSINA
U. A. N. L.
Esta publicación deberá ser devuelta antes de la última fecha abajo indicada.